

KAPOSFÖ St. Benedictus

Pron: Capochefeu

In documentis: Kaposfeu, -few, Copusfeu, Zenthbenedek, Magorfalu, monasterium Sti. Benedicti. In catalogis cunctis occurrit praeter Ninivensem: Coppuphe (P, W); Copuphe (T); Cappirpheu (H); Choppephev (S); -few (V); -feu (L). Filia de Csut P, W, T; Sti. Stephani H; de „Thours“ L. Secundum omnes sita est in dioec. Vesprimiensi.

Haud procul a fluvio Kapos, aliquot stadia ad occasum ab urbe Kaposvár, comit. Somogy, dioec. Veszprem. Hodie dicitur Kaposszentbenedek. In Hungaria.

Praepositura fundata anno 1252 a Moyses et Alexandro filiis Moysis Palatini. Filia de Csut. Fuxhoffer Czinár, et post eum quam plures ex patrocínio concluderunt hanc domum exiguam fuisse ordinis Sti. Benedicti, sed absque ratione. Fuit locus credibilis. Patroni eius fuerunt nobiles de Gereczy, qui nominaverunt praepositos, et qui anno 1540 omnia bona sibi arripuerunt. Ultimus praepositus anno 1551 degit in Türje. Biennio post Kaposfö a Turcis est deleta, nihil de ea superest.

Archivalia: M. N. M. t. anyag. (1492) – Arch. conv. de Zala (Prot. C.) – Cs. O.L.f. 89 nr. 16 – Arch. Cap de Poszony Capsa 66.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 193 – AUO I 304, VIII 80 – BALICS II 2, 178 – Egyhaztört. E V 429, 461 – FRANKOI/LUKCSICS cf. ind. – FUXHOFFER CZINAR I 308/09 – Göd. Ert. 1938/39 26 – HUGO II 1, 1185 (Zutbeleniz, id est corruptela pro Zenthbenedek) – ORTVAY II 796 – OSZVALD Fegyverneky 81 – RUPP I 298 – Tört. Tar. 1903, 100 – WÄEFELGHEM 58, 133, 331 – ZAK 343 – ZICHY 159 – HORVATH A. Historia praepositurae de Kaposfö (Anal. Praem. VI 1930, 160/68).

Praepositi (Oszvald, Horvath)

Petrus 1342
Mathias 1415

Franciscus 1521
Michael 1540/41



KÖKÉNYES St. Nicolaus?

Pron: Keukégnèche

In documentis: Kukynis, -ynus, -enus, Kekynes, Kwokenyesmonostora. In catalogis cunctis occurrit. Kokins (N); Cuknis (S), Cukins (V), Cuckins (L); Kukenis (P, H, W); Kinkenisi (T). Filia de Garab (N, P, W, T); Sti. Stephani (H, L). In dioecesi Vaciensi: omnes praeter H, qui habet Strigoniensem.

In comitatu Nograd, in parte septentrionali trianguli super Aszod et Hatvan, in confinio comitatum Pest et Nograd. Hodie dicitur Nagykökényes. Dioec. Vác, in Hungaria.

Praepositura fundata probabiliter tempore Belae III regis (1173/96) a nobilibus de Kökényes-Radnot, ut fertur, a Mikudino bano. Filia de Garab. Occurrit quidem prima vice authentice anno 1281, sed multo prius est fundata, quia est inserta catalogo Ninivensi et mater extitit canonicarum Sag et Janoshida. Patronatum exercuit generatio fundatrix de Kökényes-Radnot, et brevi post illam generatio Kacsich. Ultima vice memoratur anno 1428, de sorte eius ulteriore nihil scimus. Ex lapidibus ecclesiae Turcae anno 1596 arcem construxerunt in Hatvan. Hodiedum nihil de ea superest.

Archivalia: Tria documenta noscuntur tantum Orsz. lvt. Dl. (cf. regesta eorum apud Horvath l.c.).

Bibliographia: Anal. Praem. VII (1931) 197 – CHOBOT I 187 – Codex Andegavensis II 635 – FEJERPATÁRY Emlékkönyv 76 – FUXHOFFER CZINAR – Göd. Ert. 1938/39, 27 – HAZAI Okmt. VI 221 – HUGO II 13 – ZAK 342 – WAEPFELGHEM 242 – HORVATH A. De praepositura Ort. Praem. de Kökenyes in Hungaria (Anal. Praem. III 1927, 322/26) – Szazadok 1875, 80. –

Praepositi (Horvath): Briccius 1332 – Johannes 1368

KRONSTADT

Corona. Rumenice Brasov, hungarice Brassó. Metropolis Transsylvaniae, in comitatu quondam Haromszek, nunc vero in Rumenia. Dioec. Alba Julia. Secundum Catalogum Ninivensem in hac civitate fuit parthenon ordinis inter annos circiter 1215/41. Vide supra apud Herrmannstadt, et F.v. KILLYEN, Corona, ein Siedlungskern Kronstadts im Zinnental (Jahrbuch 1971, Siebenbürgisch-Sächsischer Hauskalender XVI, München 1970, 59/62. Cf Anal. Praem 1971, 157/58.

LELESZ Sta. Crux.

Pron. Lailaisse

In catalogis pariter et in documentis: Leles (H, P, W, T); Lellez (S); Sta. Crux de Lelez (N); Lelesz (V). Unanimiter dicunt eam fuisse filiam Praemonstrati et sitam in dioecesi Agriensi.

In comitatu Zemplén, in medio inter Satoralja-Ujhely et Uzhorod (Ungvar). Dioec. Agriensis, sed erat de facto iurisdictionis spiritualis archiep. Strigoniensis, iam ab anno 1295. Nunc pertinet ad Dioec. Cassoviensem, et ad Cechoslovakiam, et scribitur Leles.

Praepositura insignis, fundata a Boleslao episcopo Vaciensi regnante Bela III rege, ergo inter annos 1173/96, sed anno demum 1214 confirmata est. Filia Praemonstrati. Fuit „ecclesia regalis“, id est patronatus regii, et locus credibilis conspicuus. Praepositi de Adony, de Darno et de Hatvan generatim erant membra conventus Lelesziensis, quem Andreas II rex amplissime dotavit. Magnati vicini canoniam saepius angustiaverunt, ita familiae Paloczy 1403, Csicsery 1442, Dobo et Bebek 1555. Anno 1569 desiit conventus, probabiliter tamquam ultimus ordinis nostri in Hungaria. Abhinc erat commenda cleri saecularis. Anno 1697 pro 18 000 florenis ab abbate Perneceensi est redempta, sed iam anno 1700 transiit ad abbatiam Sti. Vincentii Wratislaviensem, et anno sequenti ad Lucensem, cui mansit unita usque ad suppressionem Lucae anno 1784. Habuit saeculo XVIII praepositos infultos et administravit parochias Kiralyi Helmeecz, Lelesz et Kiskapos. Anno 1787 suppressa est etiam Lelesz, sed iam anno 1802 restaurata et canoniae Jaszoviensi unita. Illa exinde administrat parochias supradictas, et archivum regnicolare et durante saeculo XIX instituit ibi conventum quinque canonicorum, hodie autem sunt ibi duo tantum. Integrae fere aedes e medio aevo supersunt.

Archivalia: Amplum archivum (30 805 documenta) in canonia ipsa. (L. O. L.) – Archiv. familiarum Csicsery, Keczer – J. O. L. saec. XV. – Arch. Vat. Reg. Suppl. 151, 497 et Reg. Lat. 439 – Orsz, lvt. Helytt. Invent. Monast. Suppress. – Landesarchiv Brünn.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 193 – AUO IX 514, 549, 558, XI 514, VIII 342 – BALICS II 2, 268 – BRUNNER 180/90 – BUNYITAY II 162 – COTTINEAU 1583 – FEJER CD III 1/153, 171, IV 2/140, V 3/487, VII 5/204 – FRANKOI 217 – FUXHOFFER CZINAR II 36/41 – Göd. Ert. 1938/39, 27/28 – GOOVAERTS II 234, IV 126 – HAZAI Oklvt. 235, 237, 267 – HORVATH Magyar regestak (v. Jaszó) – IDEM, De primordiis – HUGO I 569, prob. 16/23, II 35 – KAPRINAI 4 B X.L.T.p.18 – LUKCSICS I 387, II 1331, 1009 – OSZVALD Adatok – IDEM, Coniunctio 4, et passim – RUPP II 297 – SZENTPETERY 295 – WAFFELGHEM 146 – ZAK EOP (1928) 177, 178, 294, 301, (1929) 146 – KUMOROVITS B., De conventus Lelesziensis activitate authentica diplomatibus expediendis us-

que 1569, (Anal. Praem. VI 1930, 168/83. Summarium dissertationis proditae in periodico „Turul“ anno 1928 sub titulo „A leleszi konvent hiteleshelyi működése 1569-ig. Fusa recensio iam apparuerat in Anal. Praem. III 1927, 328/30 – SZAZADOK 1905, 233 – ЗАК, Chorherrnstift Pernegg (v. ibidem) 146 ff. –

Series praepositorum (Kumorovitz)

Rogerus abbas (Obit. Prém. 9. X) ante 1250	Nicolaus Csicsery 1405–41 Blasius 1442
Joannes Esterhazy 1250/70	Stanislaus 1442–51
Benedictus 1271/73	Blasius Bacskai 1451–79
Demetrius 1273	Joannes 1482
Vigandus 1284/87	Blasius 1483
Benedictus 1290	Georgius (praep. de Varadhegyfok) 1483/84
David 1290	Nicolaus Ostffy 1484–93
Nicolaus 1291	Sigismundus Vemeri 1493–98
Blasius 1300	Benedictus de Ruszka 1500–18
Dominicus 1302	Andreas Devai 1518–21
Walterus 1302/04	Elias 1521–25
Jacobus 1305/15	Joannes Pecs 1526–47
Blasius 1315	Georgius Body 1547–57
Stephanus 1318	Augustinus Bolussich 1557–66
Jacobus 1319	Baltazar Meleg 1569–82
Joannes 1321	Stephanus Matissy 1582–87
Stephanus 1325/26	Paulus Szegedy 1588–97
Blasius 1326/34	Faustus Verancsics 1599–1605
Paulus 1334	Ferdinand Lang v. Langenfeld 1605–09
Blasius 1334/44	Ladislaus Habardy 1610–20
Thomas 1344	Stephanus Telekessy 1629–39
Blasius 1344	Stephanus Simandy de Vratistja 1640–53
Petrus 1345	Johannes Palfalvay 1654
Blasius 1345/48	Franciscus Somogyi 1654–66
Petrus 1348	Stephanus Vaskovits 1666–74 res.
Blasius 1350	Andreas Mokscay 1674–94
Petrus 1350	Andreas Sebestyeny 1680–82
Blasius 1350	Augustinus Benkovics 1683–1700
Thomas 1354	Administratores ex ordine:
Elias 1355	Jacob Höger 1700–02
Petrus 1355/65	Gilbertus Mayer 1702–10
Joannes 1366/68	Item praepositi (ex Luca)
Dominicus Paloczy 1378–1403	Franciscus Carolus Tahy de
Stephanus 1404/05	

Tahvar 1710–29
Mathias Brauner 1730–33
Carolus Franciscus de Kounic
1733–64 res.
Theophilus de Edlingen 1764–78

Daniel Todl 1778–81
Augustinus Sohovsky 1781–87
(Administrator)
Ab anno 1802 idem ac praepositi
Jaszóvienses.

MAJK B.M.V.

Pron. Maïque

In documentis: Moyk, Maik, Mayk, Mik, Mayachk.

In omnibus catalogis citatur. Moyc N; Moik S, V, P, W, T; Moick L; Marak H. Filia Sti. Stephani N, L, P, W, T. Dioec. Strigoniensis N, S, V, L; Vesprimiensis P, H, W, T.

Sita est in parte meridionali comitatus Komarom, prope Tata versus austrum, et NE de Oroszlany. In Hungaria.

Praepositura fundata ante annum 1241, immo probabiliter ante 1235, quia in Ninivensi catalogo occurrit. De fundatoribus eius nihil, de historia pauca scimus. Fuit locus credibilis jam ante annum 1281, ex hoc anno enim extat vestigium sigilli: „Sig. Capituli de Maik“. Anno 1252 regitur ab abbate, et memoratur in instrumento foundationis canonicae de Turocz. Filia Sti. Stephani, anno 1516 vere stetit sub Csorna. Filiam genuit unam: Pok. Saeculo XVI interiit, et facta est commenda et praepositura titularis. In fine saeculi XVII ad breve tempus pertinuit ad abbatiam Lucensem. Initio saeculi XVIII autem transiit ad monachos Camaldulenses, qui pulchra et extensa nova aedificia ibi erexerunt, et monasterium usque ad suppressionem anni 1782 possederunt. Deinde usque ad annum 1945 cum bonis fuit proprietas principum de Esterhazy. De aedibus medii aevi nihil subsistit. Hodie iterum est praepositura titularis.

Archivalia: Primasi lvt. Esztergom, reparato Cap. Budense – Orsz. lvt. (Acta eremi Majk 11/12).

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 184 – BALICS II 2, 269 – Catal. Episc. – FEJER CD IV 3/443, VII 3/79 – FUXHOFFER CZINAR II 44 – Göd. Ert. 1938/39, 28 – HAZAI Okmt. III 9, II 231 – Mon. Strig. I 552, II 434 – ORTVAY II 787/88 – RUPP I 495 – WAEFELGHEM 162 – BOSSANYI A., A majki prepostsag története. –

Praepositi: Johannes 1281 – Ambrosius prof. de Turocz, quondam praep. in Majk 1367.

MESZES

Pron. Maissèche

occurrit in catal. Ninivensi tantum (Mezses). Sita erat in dioec. Alba Julia, ad pedem montium Meszes, in Transsylvania. Hodie Rumenia.

Praepositura fundata ante annum 1235, filia Sti. Stephani Varadiensis. Destructa est a Tataris anno 1241. Cetera nesciuntur.

MÓRICZHIDA Stus. Jacobus.

Pron. Mauritts-hida

In documentis: 1251 ecclesia de Raba; 1263 monasterium de Raba, et Moroczida. Postea: Morich-hida, Moruchhida, et 1464: Morochyda.

Catalogi N et L omittunt. In ceteris citatur: Morricidia (S); Mowricida (V); Pons Mauritii (P); Pontis (H, T) seu Pontus (W) Mauritii. PHWT affirmant eam fuisse filiam de Csorna et sitam in dioec. Jauriensi.

In comitatu Győr, et quidem-prope Arpás in ripa dextra fluminis Rába. In dioecesi Győr, in Hungaria.

Praepositura, postremo parthenon. Fundata pro canonicis anno 1251 a Mauritio comite de Neutra, de genere de Pók, sed non est iam totius generis, sed rami de Móriczhida tantum. Anno 1263 obtinet confirmationem regiam. Fuit filia de Csorna; forte primitus de Pok. De historia mediaevali pauca tantum scimus. Fuit longa lis inter praepositos eius et abbates OSB de Bakonybél circa possessiones finitimos, et possedit anno 1516 bona in Transsylvania, quorum tutor fuit praepositus de Ság. Hoc eodem anno videtur stetisse sub paternitate praepositi Türiensis. Circa annum 1530/40 habitata fuit a monialibus ordinis nostri, quae certe a Turcis paulo ante ex alio loco fuerant expulsae. Anno 1553 Margareta Zólyomi, Priorissa monialium in M., fugit a Turcis appropinquantibus. Iam antea monasterium videtur fuisse angustiatum ab haeticis, nuntiat enim anno 1549 locumtenens civitatis Pápa, se bona monasterii de M. bonis civitatis incorporasse. Moniales refugerunt in Somlyovásárhely, exinde circa annum 1560 in Wienerneustadt, postremo in Portam Coeli Vindobonae, ubi extinctae sunt. Móriczhida venit in manus laicorum et in posterum deleta est. Superest magna pars perpulchrae ecclesiae saeculo XIII exstructae, quae nuper est renovata. Non est praepositura titularis.

Archivalia: Orsz. lvt. Dl. (Dicalis consc. 22/27 et Cam. Mon. Tyrn. 14/2).

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 194 – AUO XI 158 – BALICS II 2, 270 –

Egyhazt. E IV 333, 403, V 263 – FEJER CD IV 2/85, 3/122 – FUXHOFFER CZINAR II 46 – GÖD. Ert. 1938/39, 29 – HAZAI Oklvt. IV 313, V 339, 414 – HAZAI Okmt. 53 – HUGO duplicat II 235, 579 – ORTVAY II 783 – RUPP I 498 – SZENTPETERY 1330 – TIMAR 9 – WAEFELGHEM 174 – ZAK 346 – RÖMER F., Arpas es a moriczhidai Szt. Jakobrol c. prepostsag (Györi Tört. es Reg. Fürzetek II 225, 358, III 31, IV 383 sq.).

Series praepositorum (Czinar-Rupp)

Simon 1370	Petrus 1464
Benedictus 1377	Nicolaus 1489
Johannes 1390/1420	Benedictus 1516
Albertus 1436	Margareta Zólyomi priorissa 1553
Paulus 1455	

NAGYOLASZ Sta. Crux

Pron. Nadyolasse

In documentis: Fraguilla, Franguilla, Frankavilla, Funchovilla, Nogolasy, Mandjelossa. Locus Stae. Crucis in Marchio juxta Francavillam, qui antiquitus Heremus vocabatur. Marchio vult dicere in possessione generis Maroth – ita historici hungari – sed nos potius putamus, hoc designare vocem germanicam „in der Mark“, id est, in limitibus. Veteres catalogi hanc canoniam nesciunt.

Inter dexteram Danubii et sinistram Savae ripam, ubi montes Fruskagora se extollunt. Comit. Szerem, olim pertinuit ad dioec. Quinqueecclesiarum, et ad archidiaconatum de „Marchio“. Nunc autem sita est in Yugoslavia, in dioec. Djakovar.

Abbatia fundata inter annos 1171 et 79. Fundatores nescimus. Filia erat (ut Garab) Regiae Vallis, id est Rièval in Lotharingia. Hac in regione enim saeculo XII vixerunt advenae e Gallia. Sörös et Draganovič dicunt hanc abbatiam – sic enim semper nominatur – fuisse O.S.B., sed Horvath I. c. probat eam fuisse ordinis nostri. Dicit etiam patronos eius fuisse usque ad saeculum XIV familiam Atinay, dein Marothy. Nescitur sors et exitus eius. Forsitan conventus ille in alium locum est translatus, (Insula Lazari, vel Stus. Augustinus, in eadem diocesi existentes) vel etiam quaerendus est in uno ex illis antiquis monasteriis in montibus Fruskagora sitis, olim latinis, nunc autem graeco-orthodoxis.

Archivalia: vide Rieval.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 199 – GÖD. Ert. 1938/39, 23 – HOMAN I 393 – HORVATH De primordiis – IDEM Praem. Hung. – HUGO II ccccx/xiv, 615 – JL

13494, 14580 – OSZVALD Adatok – PAULER I 192, 343 – SÖRÖS 431 – DRAGANOVIČ, Croazia Sacra, Roma 1943, 235 – HORVATH A. De abbacia Francavillensi in Hungaria (Anal. Praem. VI 1930, 363/66. Idem hungarice: Melyik renchez tartozotta szentkereszti apatsag Szeremmegyeben (Szazadok 1927, 460/61)

NYULAKSZIGETE St. Michael

Pron. Nyoulak Sigaitais

In documentis: Insula Budensis, – juxta Budam, – Leporum, – Virginis Mariae, – B. M. V.; – super Danubio. Monasterium Sti. Michaelis. Catalogis omnibus est inserta, praeter Ninivensem, tamquam „Insula Leporum“, et enim L, P, H, T, tamquam filia Sti. Stephani. SVL attribuunt eam dioecesi Strigoniensi, recentiores vero (PHT) Vesprimiensi. Sita est in insula Danubii amnis, inurbe Budapest, hodie Margitsziget nuncupata. Floruerunt quondam in hac parva insula quatuor alia monasteria diversorum ordinum, cum quibus vitetur confusio. Nunc pertinet quidem ad dioecesim Strigoniensem, medio aevo revera ad Vesprimiensem. Secundum catalogum anni 1464 autem erat „jurisdictionis spiritualis Strigoniensis“.

Praepositura fundata saeculo XII a rege quodam Hungariae – omni modo ante annum 1225, quo impetratur confirmatio a rege Andrea II¹. Anno 1278 fit verbum de abbate huius canoniae, ubi vixit annis 1273/76 „soror quaedam paenitens Ordinis Praem.“²

Propter situm eius centalem in ipsa metropoli regni maximi ponderis haec domus semper fuit in circaria. Extensa et zelosa etiam fuit activitas eius pastoralis. Circa annum 1526 vita conventualis desiit, et canoniam versa est in parochiam. Tutor eius, praepositus Sagensis, strenue bona defendit contra familiam Podmaniczky illa invadentem. Bona saeculo XVII monialibus Stae. Clarae Budapestinis sunt addicta, quae ea tenuerunt usque ad earum suppressionem anno 1787. Nunc est praepositura titularis. Substitit ruina ecclesiae, quae annis 1930/31 est restaurata et cultui reddita.

Archivalia: Multa documenta supersunt in Orsz. lvt. Dl. 18821, 22200, 23801, 24054 et sq; deinde Dl. Eccl. cam. 4, 46, 2/28.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 191 – AVO VII 196 (Orsz. lvt. Dl. 291); IX 211, 220, XI 179 – BALICS II 2, 271 – Catal. Episc. – Egyhaztört. I 93 – FEJER

¹ An. 1245 rex Bela praepositurae donat totam Insulam Leporum et in documentis sic de illa loquitur: „quam . . . saepidicti fratres Premonstratenses de gratia progenitorum nostrorum possidebant ab antiquo“.

² Monum. Romana Episcopatus Vesprimiensis I 304.

CD II 2/11, 43; III 2/117; IV 2/43, V 2/56, VII 5/231, 440 – FRANKOI/LUKCSICS 56 – FUXHOFFER CZINAR II 33 – Göd. Ert 1938/39, 28 (Margitsziget) – HEVENESSI XXXII 79/163 – HOMAN II 184 – HORVATH De primordiis – HUGO I 897 – OSZVALD, Fegyverneky 72/73 – TIMAR 5 (falso dicit ibi fuisse moniales) – WAEFELGHEM 121 – ZAK 345 – Die Prämonstratenserkirche auf der Margareteninsel, hsg. vom Hauptstädtischen Baurate Budapest 1933 – KAROLYI/NYIRAK, Emlékkönyv a szekesfehervari püspöki megye százados ünnepere, Szekesfehervar 1877, 220/31 – KISS KOLOS J.A Margitszigeti szent Mihályról nevezett premontrei prepostsag története, Budapest 1931/32 (cf. Anal. Praem. VIII 1932, 265) – RADVANYI J. Margitsziget, Budapest 1858 – RUPP, Buda es Pest Kömyekenek helyrajzi története, Pest 1868, 58/62.

Series praepositorum (Rupp)

Isou (Isaias?) prior 1245	Martinus 1410
Jacobus praepos. 1272	Ladislaus 1417–26
Martinus abbas 1278	Thomas 1449–68
Petrus praepos. 1294	Benedictus 1468–74
Johannes 1344	(deinde praep. in Ratot)
Jacobus 1362–63	Emericus 1453–91
Albertus 1399	

ÓCSA B.M.V.

Pron. Autcha

In documentis: Olcha. Olsa.

Occurrit in omnibus catalogis. Odra (S, V, L); Alza (N); Olza (P, H, W, T). Filia Sti. Stephani (L, P, H, W, T); Vallis Sti. Joh. Baptistae = Jaszo (N). Dioec. Agriensis (S, V, L). secundum ceteros vero recte in dioec. Vaciensi. Sita est prope Budapest, versus austrum, in directione oppidi Kecskemet. Dioec. Vaciensis, in comit. Pest, in Hungaria.

Praepositura, fundata forsitan ante annum 1235, prima eius mentio fit anno 1240. Fundator ignoratur. Fere nihil scitur de historia eius, quia nulum fere documentum de ea traditum est. Filia forsitan primitus de Jaszó (Ninivensis), dein vero fuit definitive sub paternitate Sti. Stephani/Varadiensis. Filias genuit: Gedir et Insulam Lazari. Anno 1272 fuit abbatia. Floruit usque ad saec. XVI. Duobus saeculis post, ruinae tantum, substiterunt; ecclesia romanica, quae est valde pulchra, anno 1777 tamquam parochialis protestantium est redintegrata. In posterum fuit praepositura titularis.

Archivalia: Zichy Oklvt. in pago Zsély, Nograd m. (No. 218. B. 17).

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 194 – ANJOU I 135 – BALICS II 2, 273 –

FUXHOFFER CZINAR II 48 – GÖD. Ert. 1938/39, 29/30 – HUGO duplicat II 391 et 453 – KAMPIS – Mon. Strig. I 512 – ORTVAY II 803 – RUPP III 284 – WÆFELGHEM 185, 187 – ZAK 346 – ZICHY I 4, 5, 28.

Praepositus: (Ortvay) Benedictus 1240

PÁLYI St. Paulus

Pronuntia: Pailly

Monostoros-Palyi, Paly, Monostorpaly, Hérpalyi, Nyirpályi. In catalogis: Pauli monasterium (N), Paulini monasterium (S, V); Stus. Paulus (L, P); Ecclesia Pauli (H, W, T). Filia Sti. Stephani (N, L, P, H, W, T). Dioec. Agriensis (S, V); Varadiensis (N, L, P, W, T); Vesprimiensis (H).

In com. Bihár, prope Nagyléta versus occasum, juxta Hosszupályi, Dubus leucis distans a Debrecen, Dioec. Varád, Hungaria.

Praepositura, fundata ante annum 1240. Filia Sti. Stephani Varadiensis, mater de Abrany. Anno 1332 authentice occurrit quidam „praepositus de Nyirpalyi“. Cetera nesciuntur. Anno 1552 videtur adhuc extitisse, quia hoc anno Georgius Ollyas, praepositus Jaszoviensis, a Capitulo Generali pater abbas Sti. Pauli nominatus est. Nunc est praepositura titularis.

Archivalia: MNM (Balassa cs. lvt.) Bp.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 198 – ANJOU I 120, II 47 – BUNYITAY II 410 – Catal. Episc. – FUXHOFFER CZINAR – GÖD. Ert. 1938/39, 30 – HUGO duplicat: II 471 et 499 – RUPP III 282 – WÆFELGHEM 245 – ZAK 347.

PÓK St. Stephanus Protomartyr

Pron. Pauque

Ignota est catalogis antiquioribus. Ceteri citant eam tamquam Pormik filiam de Moik, in dioec. Jauriensi (P, W, T) vel Pormiyk, filiam de Morich (H).

Vicus ille non iam existit. Situs erat quondam in com. Györ, non longe a flumine Raba, vicis Hal, Tét et Szemere vicinus. Ortvay autumat, Pok fuisse quondam partem vici hodierni de Tét. Dioec. Jaurinensis, in Hungaria.

Mauritius comes de Pok-Móriczhida, paulo probabiliter antequam fundavit anno 1251 canoniam vicinam Móriczhida, initium posuerat huic praepositurae „communi in generatione“ eiusdem nominis. Canoniam, cuius dota-

tio initio videtur fuisse ampla, et de cuius historia fere nihil scimus, fuit filia de Majk. Probabiliter fuit primitus mater de Móriczhida. Ex utroque monasterio suo generatio fundatrix videtur praetulisse Móriczhidam, et contra neglexisse Pok, quod elanguit et de quo post annum 1308 nulla amplius fit mentio. Nihil de eo superest, est tamen praepositura titularis.

Archivalia: Arch. Episc. Jaurin. –

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 195 – AUO III 265, VIII 360 – BALICS II 2, 273 – Catal. Episc. FEJER CD IV 3/87, 428, V/1/171 – Göd. Ert. 1 938/39, 30 – HAZAI Okmt. IV 116 – HUGO II 585, sicut WAÆFELGHEM 199 confundit cum Pozvik (Bzovik = Bozok) – ORTVAY II 784 – ZAK 345 – KARACSONYI J., A Magyaré nemzetsegek II 436, 446 –

Praepositi (Ortvay, Balics): Sebastianus 1271, Stephanus 1308

RAJK B.M.V.

Pron. Raïque

In documentis: Royk, Rayk, Alsorayk.

Omittitur a catalogis N et W. Ceteri citant eam tamquam filiam Csornae, et quidem sitam in dioecesi Jauriensi (S, V), vel in Vesprimiensi (L, P, H, T), sub formis Raik (P, T); Royk (H); Royke (V); Rojkai (S) et Roick (L).

Sita est non longe ab urbe Nagykanisza, versus aquilonem, loco hodierni vici Alsorajk, Comit. Zala, dioec. Veszprem, in Hungaria.

Praepositura fundata inter annos 1240 et 74 a Csak I., bano ex familia Buzad-Hahot, filia de Csorna. Valde vexabatur a patronis suis, saepius graviter periclitabatur. Anno 1509 adhuc citatur „praepositus et conventus“. Brevi post annum 1526, quo probabiliter est deleta, praepositura venit in manus saecularium. Ipsi patroni usurpaverunt possessiones, deinde facta est praepositura titularis. Supersunt ruinae in vicinitate hodierni vici Alsorajk.

Archivalia: Orsz. lvt Dl. 21955 – Vasv. Kplvt. Prot. 1572/12 – MNM t. a. 1519, IV 19. –

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 195 – BALICS 2, 274 – Egyháztörténet E. IV 147 – FEJER CD V 2/299, 3/481, VII 5/483 – FRANKOI/LUKCSICS 153 – FUXHOFER CZINAR II 49/50 – Göd. Ert. 1938/39, 3031 – HAZAI Okmt. I 65 – HEVENESSI 329 – HUGO II 569 – KAPRINAI B 28, 279/80 – ORTVAY II 815 – OSZVALD Fegyverneky 79/80 – RUPP I 320 – Tört. Tar. 1896, 1 59; 1911, 100 – WAÆFELGHEM 205 – ZAK 346 – HORVATH A. Historia praepositurae B.M.V. de Rayk (Anal. Praem. VII 931, 65/70). –

Praepositi(Horvath)

Petrus 1274/75

Walterus ca. 1290

Paulus 1370
Johannes 1385
Dominicus 1391

Albertus 1413
Andreas 1509

RÁTÓT

Pron. Ratôte

In documentis: Ratolth, Rathold, Ratholt.

Occurrit in omnibus catalogis praeter Ninivensem. Ceteri collocant eam in diocesim Vesprimiensem, praeter H (Aggriensem), et dicunt eam fuisse filiam de Jaszó. Ratolt (P, T); Racolt (H, W); Ratold (S, V); Ratoldt (L).

Prope Veszprem, versus septentrionem, inter Hajmáskér et Jutas, in diocesi et comitatu Vesprimiensi. Hodie vocatur: Gyulafyratot.

Praepositura fundata versus annum 1240 a Mathia Archiepiscopo Strigoniensi e familia Rátót. Patroni eius fuerunt nobiles Gyulafy de genere Rátót. Filia de Jászó. Prima eius mentio authentica occurrit anno 1279. Anno 1526 adhuc stabat, sed circa annum 1550 inventa est in manibus saecularium. Anno 1694 de jure tradita est abbatae Zabrdovicensi. quae autem possessionem eius de facto obtinere non potuit, et postea renuntiavit. Saeculo XIX tenues redditus commendae uniti sunt cum praepositura saeculari de Kis-marton. Supersunt pulchrae ruinae.

Archivalia: Orsz. lvt. Dic. Conscr. T 39. – Archivum Archiep. Vesprim. (in quo latent multa numquam exarata).

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 195 – BALICS II 2, 275 – Egyhaztört. Emlekek IV, 146, 151, V 461 – FUXHOFFER CZINAR II 50 – Göd. Ert. 1 938/39, 31 – HAZAI Okmt. II 265, IV 59 – HUGO II 597 – ORTVAY II 312 – RUPP I 321 – WAEFELGHEM 204 – ZAK Ordre de Prem. 346 – IDEM, Chorherrns. Pernegg 146 – ZALAI I 153, 169, 585 – BEKEFI R., A Balatan Könyeknek egyhazi es varai 223. –

Praepositi (Rupp. Oszvald) – Thomas 1420/36 – Benedictus 1474 (cf. Nyulakszigete)

SAÁG B.M.V.

Pron. Châgue

Sive Ság. In documentis: Sagh, Saagh, Saagha, Sag, plurimum vero Saag. In omnibus catalogis citatur, et quidem tamquam filia de Kökényes, praeter T, qui habet filiam Sti. Stephani. Omnes collocant eam in dioecesim Strigoniensem. Sag (N); Saga (S, V); Saag (P, H, T) Saac (L, W).

In municipio hodierno Ipolyság in comitatu Hont, ad flumen Ipoly prope Strigonium, in cuius dioecesi est sita, versus aquilonem. Hodie pertinet ad Cechoslovakiam et vocatur Sahy.

Canonia insignis, secunda in dignitate praeter Stum. Stephanum Variensiensem in Hungaria, quo collapse ab ineunte saeculo XV. primatum in circaria obtinuit. Fundata inter annos 1224 et 34 (Oszvald: 1235 et 41) a Martino bano de genere Hont-Pázmány. Filia de Kőkényes. Ab initio fuit patronatus regii, locus credibilis extensae activitatis, et valde dives, historia eius est melius documentata quam aliarum domuum circariae. Anno 1407 obtinuit ius gladii. Parthenon Szeged, et postremo permultae aliae canoniae fuerunt sub paternitate praepositi Sagensis. Franciscus Fegyverneky, vicarius generalis circariae, ineunte saeculo XVI maxime operam dedit reformationi illius. Anno 1552 canonia a Turcis est destructa, conventus an fugit in abbatiam Sti. Benedicti in Esztergom, a monachis nigris derelictam, ubi paulatim exstinctus est. Sag ipsa post annum 1570 facta est commenda cleri saecularis. Anno 1688 autem tradita est collegio S. J. in Beszterczebanya (Banska Bystrica) in dotationem, nihilominus mansit praepositura titularis usque hodie. Patres Societatis ex ruinis antiquae canoniae novas aedes erexerunt, qui adhuc existunt. Pariter subsistit antiqua ecclesia gothica, sed valde transformata. Anno 1773 Saág saecularisata est, sed triennio post Maria Theresia bona eius destinavit ad dotationem dioecesium neoerectarum Roznava et Banska Bystrica, quarum primae Sag ipsa addicta est.

Archivalia: Orsz. lvt. Dl. 22005 sq.; MNM Balassa cs., Kubinyi cs., et Forgách cs. – Arch. Sti. Benedicti in Esztergom, F. 60 – Archiv. Capit. Esztergom 1530.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 931, 196 – ANJOU V 161 – AUO I 89, II 288, III 42, IV 247, IX 103, X 289, XII 317 – BALICS II 2, 275/77 – Egy hazt. Eml. I 31, II 250, 261, 287, III 128, 130, 142, 154, 466, 470, 517, 558, IV 30, 34, 381; V 60 – FEJER CD IV, 1/351, 3/100, 243, 276, V 1/39, 60; 2/301, 409, VI 1/212, 217, VII 1/286, 5/266, X 3/275 – FUXHOFFER CZINAR II 53/56 – Göd. Ert. 1 938, 31 – HAZAI Okmt. IV 76 – HORVATH De primordiis – HUGO, sequens Lairuelium, hanc canoniam duplicat II 717 et 763 – JOHN canons – Mon. Strig. II 79, 285, 370, 409, 674 – OSZVALD Adatok – RUPP I 175 – SZENTPETERY 1491, 1676 – WAEFELGHEM 215 – ZAK Ordre de Prem. 347 – CSERNYANSKY M., Az esztergomi kinestar paramentumai, Budapest 1933 – OSZVALD A. Fegyverneky Ferenc, sagi prepost rendi visitor 1506/35 (Emlékkönyv v 51/118) – IDEM, Premonstrei Formularium a XVIsz. elejeröl (Göd. Ert. 1939/40, 142/50) – IDEM, A sagi premonstrei konvent okleveleinek intitulacioja (ibidem 1941/42, 265/76) – IDEM, A preposti szek betöltelse . . . ibidem 276/83 – Titul XXIII 80/81.

Series praepositorum
(Rupp, Ortway, Balics)

Roland 1244	Johannes 1486–1500
Albertus 1258	Emericus Kalundai 1500–05
Joachim 1262	Franciscus Fegyverneky 1506–34
Lucas 1263	Urbanus Lipcsey 1537
Laurentius 1270	Lazarus 1549–57
Ladislaus 1281–1300	Mathaeus Poklostoy 1561–67
Valentinus 1308	Nicolaus Telegdy 1583
Iwanka 1323	Franciscus Diotalevi 1586–1603
Stephanus 1332–59	Faustus Veráncz 1604
Johannes 1360–67	Paulus Ruber 1610–15
Gregorius 1367–70	Nicolaus Novák 1614/16
Jacobus 1370–81	Petrus Domitrovich
Johannes 1384–1400	Emericus Losy 1627–33
Thomas 1402–14	Nicolaus Böthi 1634–40
Gregorius 1414	Michael Kopácsi 1643
Ladislaus 1415–35	Georgius Jakosith 1644
Valentinus 1436–40	Johannes Pusky 1648
Paulus 1440–72	Joannes Gubasóczy S. J. 1688
Georgius 1473–84	

SADIUM

Cat. N et L nesciunt. In ceteris occurrit: Zadwa (S, V); Sadium (P); Sadov (H); de Sadio (W, T). PHWT dicunt eam fuisse filiam Sti. Stephani Vardiensis. Solus P collocat eam in dioecesi Zagrabiensi, antiquiores vero (S, V) in Colocensi, H in „Zendriensi“, T: „Zonadiensi“, W: „Zenadiensi“, quae omnia videntur esse corruptelae pro dioecesi Csanadensi.

Canonia, de qua praeter existentiam nil certi scitur. Horvath Anal. Praem. VII (1931) 196 immo proclamat: „Nobis ignotum est“. Secundum Hugo sita erat „in dioecesi Zagrabiensi in Slavonia, ad Savi ripas, non procul a Velica regali“. Postmodum (1516) Sagensi praeposito subditur. Parthenon Szalankemen ei fuit subiectus.

Fontes indigeni pariter nil certi sciunt. Antiquis catalogis bene comparatis novam hypothesim proponimus. Videtur haec canonia reapse non in dioecesi Zagrabiensi fuisse sita, unicus enim catalogus, isque incertus Lepaige, hoc enuntiat. Manuscriptorum originalium antiquiora collocant „Zadwa“ in

dioesi Kalocsa, et recentiores in Csanadensi illi contigua. In finibus amborum diocesium situs erat parthenon Szalankemen, Longe probabilius est enim, Sadium hac in regione fuisse situm, ubi Savus in Danubium se profudit, quam prope Agram, quia parthenon ei subditus – Szalankemen – certe ei ab initio fuit vicinus. Si revera prope Agram fuisset situm, profecto non Szalankemen asceterium longe distans, sed potius Ivanič illi civitati vicinum ei fuisset subditum. De hac re vero nihil scimus.

De ubicitate praecisa Sadii complures possunt statui hypotheses. forte est idem ac civitas Novisad prope Belgrad versus aquilonem, forte quaerendum est in loco Sad (Swag, Sagad) in dioecesi Csanadiensi „inter duos fluvios Tymisi“ (Ortvay) vel in Sagad, moderno Jazak in pago Szerem megye. Sed ibi fuisse umquam monasterium, in neutroque casu probari potest. Forsan Sadium idem est, ac abbatia Nagyolasz, in hac regione sita, de cuius sorte nil scitur (vide supra), vel saltem continuatio illius. Forte etiam aequiparari potest canoniae Denesmonostor, pariter in Csanadiensi dioecesi – in qua Sadium fuisse situm videtur esse probabile – existenti (Vide de ea infra sub duobus).

Literatura: HUGO II 717 – WAEFELGHEM 215. –

SOMLYOVÁSÁRHELY St. Lambertus

Pron. Chomyovacharhaille

Sive Vasarhely tantum. In documentis: Wasarhel, Wasarhely, Vassarhel. Situm est in comitatu et dioec. Veszprém, in medio inter Veszprém et Szombathely, ad pedem montis Somlyo. In Hungaria.

Parthenon fundatus saeculo XI a regibus Hungariae pro monialibus O.S.B. Anno 1511 Ladislaus II. rex, amotis monialibus nigris, tradidit eum canonissis ordinis nostri ex Szeged (de quo vide infra), quibus insimul concessit privilegium loci credibilis, ceteroquin coenobiis virorum reservatum. Hic paulo post orta sunt antiquissima manuscripta linguae hungaricae, quae sunt nota. Anno 1550 ultima vice „abbatissa“ cum conventu occurrit, paulo post, ut iam anno 1544 fuerat provisum, sorores aufugerunt in Wienerneustadt, et postremo in Portam Coeli Vindobonae, de qua vide sub circaria Bohemiae, ubi ante annum 1580 sunt extinctae. Bona asceterii Sti. Lamberti autem anno 1600 a Rudolfo rege data sunt monialibus alius ordinis. ex Budapest in Poszony exulibus.

Archivalia: Orsz. lvt. Dl. 22191 sq. (Dicalis Consor. T. 49, Acta Monial. Poson. F. 26) – MNM torzs. a. 1520/IV. 14; Tud. Akad. Budap. (Lanyi Kodex).

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 200 – Egyhazt. Eml. II 385, IV 56, 143, 234, 362, 383, 428, 526, 542, V 16, 30 – Göd. Ert. 1938/39, 32 – Hugo 215 – Mon. Vespr IV 211 sq. – OSZVALD Fegyverneky 65/68 – IDEM, Urbariumok 164 – TIMAR 26 – WAEFELGHEM 310 – ZAK 349 – GABRIEL A, Breviarium tipusu kodexek (Emlékkönyv 109/77) – LUKSICS P., A vasarhelyi apatság története, Veszprem 1923 – Szazadok 1924, 722 – Urbarium publicatum est in Tört. Tar 1903, 414/19, Ordinarius (a. 1518/19) a KARACSONYI J. in „Magyar Nyelv“ 1921, p. 149/51.

Priorissae (Keresztesy) – Catharina priorissa 1511, abbatisa 1516 – Margaritha priorissa 1545 Martha Cseh abbatisa 1548–50

SZALANKEMEN

Pron. Salannkemenn

In documentis occurrit locus et eccl. parochialis de Salankamen. Zalonkamen. –

In catalogis antiquioribus, praeter N, occurrit „Slanchenmund“ (S, V, L) et quidem apparenter tamquam coenobium virorum¹ Recentiores vero habent Salanghen (PHW), vel Salangha (T), quod tamen probabiliter est idem. PHWT designant eam ut asceterium et filiam de Sadio, et sitam in dioecesi Colocensi.

In loco ubi Dravus flumen in Danubium se effundit, prope Belgradum versus aquilonem, in Syrmia (comit. quondam Szerem), dioec. Kalocsa, nunc Vukovar. Hodie pertinet ad Jugoslaviam et vocatur Slan-Kamenj, id est Petra Salis.

Asceterium, secundum fontes hungaricos incerti ordinis, secundum catalogos nostros vero indubite ordinis nostri, fundatum forte circa medium saeculum XIII tamquam canonia virorum, dein versus finem eiusdem saeculi datum monialibus, et canoniae de „Sadio“ subditum. Coniecturae sunt hae omnes, nihil scitur certi. Vide supra praefationem huius circariae, et monasteria Drozo et Sadium.

Forsan moniales saeculo XVI castrametatae sunt in vicinum Szeged, de quo vide infra.

Literatura: HUGO II 717, 819 – WAEFELGHEM 266, 274 – Anal. Praem. VII (1931) 189.

¹ Redactor archetypi catalogorum SVL, ipse Germanus, vocem Szalankemen linguae teutonicae adaptavit in „Slanchenmund“. Hugo II 819, ipse Gallus, ulterius progreditur, reddendo hanc formam adhuc magis germanicam; Schlangenmund, id est os serpentis. Sine sensu sunt haec omnia. Cf. quod diximus de Scheftlariensi catalogo p. 16/17 et in praefatione ad circ. Hungariae.

SZEGED St. Spiritus

Pron. Saiguette

In documentis: Zegeđ, Zegedinum, Szigeth, civitas in comitatu Csongrad, dioec. Csanad, in Hungaria.

Szigeth, civitas in comitatu Csongrad, dioec. Kalocsa, in Hungaria.

Parthenon, qui prima vice anno 1511, ultima vero anno 1516 memoratur. Quando, et a quo fuerit fundatus, nescitur. Forsan communitas quaedam aliunde huc translata est (Szalankemen?), forte erat statio transitoria alicuius conventus alicubi a Turcis expulsi (idem, vel Ivanic). Quidquid sit, anno 1511 apparet ut communitas numerosa atque vitalis, cuius moniales excellent arte scriptoria. Statim eis conceduntur ius sigillandi et privilegium loci credibilis. Ope archiepiscopi Granensis, Bakotz, an. 1511 viginti moniales translatae sunt ad novam fundationem in Somlyvasarhely. Ceterae, mox a Turcis expulsae, forte tetenderunt in Moriczhida, de quo supra. Subsistunt pretiosa manuscripta de manu monialium: urbarium in lingua hungarica, directorium et ordinarius, et antiphonarium an. 1516 a sorore quadam Martha huius asceterii, quod nunc est in bibliotheca PP. Franciscanorum in Szombathely.

Archivalia: Pavca ibidem.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 196 – HUGO triplicat: I 875 (Inged), II 745 (Sti. Spiritus), et II 1183 (Zegedinum) – item WAEFELGHEM 125, 222, 230 – Mon. Vespr. IV 211/16 – OSZVALD Fegyverneky 13, 16/19 – TIMAR – GABRIEL in Emlekkönyv 138 – JUHASZ K. Das Präm. Stift in Szeged, (Anal. Praem. XXXVIII 1962, 275/82) – KALMAN T., Magyar Kodex Csaladok, Irodalomtörténeti Közlemenyek 1928, 71 – LUKCSICS, A Vasarhelyi apacak története, Veszprem 1923, 18 – RADO Polikarp, A Magyar Középkor Kottas Kezitari (Magyar Zenei Szemle 1941) – Szegedi Szemle 1930, 24. –

TÜRJE Annuntiatio B.M.V.

Pron. Túriet

In documentis: Gurla, Gurle, Gerlew, Ghurle, Churlee, Jirle, Jurla, -le. -lye, -lew, Juhrle, Jerleu, Thulev, 1433: Thyrlle, Therle, Turle. In catalogis vero Gurla (N); Jurla (S, V, P, W, T); Uirla (H); Foerla (L). Gerla, quae catalogis S et V insuper est inserta, est probabilius duplicatio eiusdem. Secundum S, V, L erat in dioec. Jauriensi, PHWT collocant eam in Vesprimiensi. Filia de „Cella“ (N); „Telezensis“ (L); de Csorna (PHWT).

In medio inter Szombathely et lacum Balaton, juxta viam ferream Ukk-Zalaegerszeg. Comit. Zala, Dioec. Veszprem (quod diu fuit disputatum cum Episc. Jauriensi), in Hungaria.

Praepositura, quae hinc inde etiam occurrit tamquam abbatia. Fundata ante annum 1235 a Dionysio bano de generatione Türje¹, in qua monasterium fuit commune, et quae patronatum usque in finem fere exercuit. Quae sit ista „Cella“, quam catalogus Ninivensis designat fuisse eius matrem, nescimus; videtur autem paternitas Csornae, quae semper viguit, ab initio esse certa. Privilegium loci credibilis anno 1351 ei fuit inhibitum. Ab anno 1541 per nobiles de Hagymássy, tunc temporis patronos eius haeresi deditos, canoniam multum vexata, ultimusque praepositus necatus est. Circa annum 1550 extincto conventu, praepositura videtur desiisse, et venisse in manus saecularium. Saeculo sequenti fuit proprietatis praepotentis familiae de Battyány, quae illam dedit in commendam, sed tamen anno 1703 ordini, id est abbati Pernecensi restituit. Ab anno 1710 iterum praepositos habuit ex canoniam supradicta, qui ab anno 1736 infulati sunt. Anno 1738 Pernegg vendidit Türje abbatiae Gradicensi, quae illam, ex decreto Capituli Generalis, post mortem praepositi Walthum anno 1741 praepositurae suae Csornensi univit. Anno 1766, postulante familia Battyány, Türje iterum sui juris facta est. Anno 1780 fuit ibi communitas 6 canonicorum. Anno 1786 suppressa est, sed anno 1802 restaurata et iterum canoniam Csornensi unita. Illa exinde semper ibi parvum conventum manutenuit. Ecclesia subsistit e saeculo XIII, monasterium constructum est a Pernecensibus.

Archivalia: Battyány család lvt., Körmend A. I. f. 29 (Doc. mediaev.) – Cs. O. L. (saec. XVIII/XX) – Archiva Gerusenum, Pernecense et Gradicense (saec. XVIII, vide suo loco) – Arch. Türiense (XVIII s.) – Orsz. lvt. Dl. cam. 19 et Helytt. Inv.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 199/200; VI 1930, 457/58; VIII 1932, 254; et L, 1974, 28 – ANJOU III 444 – BALICS II 2, 278 – Csornai Nevtar 1870, 20/22 – Egyhazt. Eml. IV 149, V 181, 457 – FEJER CD V 2/494, VII 5/272 – FUXHOFFER CZINAR II 62/63 – Göd. Ert. 1938/39, 33 – HAZAI Okmt. II 41, III 373, VI 225, 268 – HEVENESSI T.R. 61/290 – HOMAN I 393, II 184 – HORVATH Prem. Hung. – HUGO triplicat: I 673 (Foerla), II 999 (Türe et Türje). Item WAFFELGHEM 89, 301 – KAMPIS – ORTVAY II 815/16 – RUPP I 340 – ZAK Prem. 348 – IDEM, EOP 1929, 133 – IDEM, Chorherrnstift Pernegg, passim – ZALAI Oklt. I 5, 20, 22, 27, 44, 52, 120, 126, 158, 291, 352, 512, 583 – HORNIG, Padanyi Biro Marton p. 223 – HORVATH A.A. türjei premontrei prepostsag a XVIII századok (Emlekkönyv 177/202) – KUBINYI F. A jurlei konvent mint hiteleshelyi (Conventus de Jurla tamquam locus credibilis) in: Szazadok 1869, 38/40

¹ Non vero anno 1184 a Lamberto quodam comite, ut autumat Laky in schematismo Csornensi anno 1857. Cf. Anal. Praem. VIII (1932) 254.

Praepositi (A.E. Kovacs)

Laurentius 1251	Johannes 1448
Gerardus 1256	Simon 1456
Santhus 1264	Andreas Csuka 1465/1517
A . . . 1268	Andreas Szintay 1518/27
Johannes 1275/79	Martinus Valusi 1531/50
Nicolaus 1281	Michael Sitkey 1557, ab an. 1561 regularis, † 1569
Gregorius 1295	Episcopi Vesprimienses 1566/1608
Martinus 1301	Stephanus Telekessy 1608/34
Johannes 1303	Mathias Santich 1635/41
Stephanus 1316	Franciscus Fohnay 1641/66
Blasius 1322	Michael Prodinszky 1666/79
Michael 1327	Michael Dvornikovič 1679/1703
Johannes 1330/43	Abbatēs Pernecenses 1703/21
Petrus 1351/53	Adalbertus Pintar 1721/34
Johannes 1358/77	Leopold Walthum 1734/41
Nicolaus 1393	Praepositi Csornenses: 1741–66, ab an. 1802
Jacobus 1421	Christophorus Girzik 1767/70
Laurentius 1425	Isidorus Tichy 1770/85
Jacobus 1429/33	
Simon de Therle 1438/45	

Historia huius canoniae optime exarata est duobus articulis D. Andreae Kovacs O. Praem, qui vero nondum sunt publicati.

TUROCZ B.M.V.

Pron. Tourotts

In documentis: Castrum Turul, -de Thurucz; Thurocz, Thuroch, Turuch, Turul, Turch. In catalogis: N nescit. SVL duplicant Turocl, Curocl (S); Thowrs, Turoil (V); Thours sive Thury, et Tural sive Turna (L). Turz sive Turoch (P); Turz (HVT). Omnes consentiunt de dioecesi respective de filiatione: Strigoniensis, Praemonstrati.

Situm est in medio inter Zniováralja Németpróna et Turócszentmárton, juxta oppidum et in comitatu eiusdem nominis, in montibus Slowakiae. Dioec. Strigoniensis, nunc Banská Bystrica. Nunc pertinet ad Cechoslovakiam et vocatur Turcek.

Praepositura insignis, fundata anno 1251 a Bela IV rege Hungariae. Filia Praemonstrati, mater de Csut. Fuit dives, et locus credibilis, et in regimine

circariae semper magni momenti. Patronatus erat regius. Inter praelatos, qui iam mature fuerunt infulati, eminet Iwanka, consiliarius intimus regis Andree III. Inter annos 1529 et 44, durante bello, canonia venit in manus comitis de Revai, qui eam dereliquit desolatam. Anno 1538 nobilitas regionis a rege petiit restaurationem monasterii et loci credibilis, sed machinationibus diversis haec restauratio, iam provisa, inhibitur. Ultimo praeposito ex ordine anno 1550 defuncto, facta est commendatio, quae anno 1586 cum omnibus bonis data est Societati Jesu in dotationem collegii Tyrnaviensis. In vanum ordo canoniam saepius reclamavit, ita Andreas Sauberer abbas Jaszoviensis post suppressionem Societatis anno 1773. Dein Turocz pertinuit ad Universitatem Budapestinam. Aedificia et ecclesia subsistunt, anno 1914 fuit in eis seminarium episcopale.

Archivalia: Orsz. lvt. Camer. Jesuit. Tyrnav. 24/55 (ibi est instrumentum fundationis) – Arch. Capit. Poseniense, Prot. 9/24 – Arch. Capit. Strigon. C 18 – Arch. Vaticanum Suppl. 1118 f. 83, p. 394 f. 11.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 199 et XIV, 1938, 124 XV 1939, 116 – ANJOU II 427, III 27, 202, 322, IV 24, V 161, 372, 495 – BALICS II 2, 278/80 – Egyhazt. Eml. IV 387/89 – FEJER CD IV 2/135, VI 247, VII I 332, 5/294, 473 – FUXHOFER CZINAR II 58/62 – Göd. Ert. 1938/39, 32 – HAZAI Oklt. 19, 51, 89, 135, 155 – HAZAI Okmt. VI 65, 137, 169, 170, 322, 325, VII 249, 285 – HUGO citat eam sub voce Thimerocz II 949 – JANAUSCHEK LIII – KAPRINAI Misc. B. Tom. 28/103 – LUKCSICS I 149, II 797 – Mon. Strig. II 148, 163, 371, 539 – ORTVAY II 807/08 – OSZVALD, Adatok – IDEM Fegyverneky, passim – RUPP I 673/83 – Szazadok 1896, 560; 1921, 598 – SZENTPÉTERY I 979 – Tört. Tár. 1897, 13 et 1904, 164 – WAEFELGHEM 293 – A. DARAS, Notre Dame de Thurocz (Cour d'Hon. de Marie, 1870, Nr. 83 et 1877 Nr. 158) – A. HUSCAVA, Joannes Literatus et falsa Liptoviensia (cechice), Bratislava 1936 – D. MENCLOVA, Architectura mediaevalis in Turc (slovakice) in: Sbornik muzealnej slovenskej spoločnosti XXX, 1936, 60/64 – J. SIKURA in CCH XLIII, 1937, 65/68.

Series praepositorum (Ortvay, Rupp)

Gerardus 1256	Demetrius 1377
Daniel 1270	Ladislaus 1381–90
Iwanka 1283–1302	Stephanus 1431–39
Valentinus 1313–26	Andreas 1447
Jacobus 1329–33	Zorardus Maythényi 1469/1504 res.
Paulus 1335–40	Uriel Maythényi 1506–1550
Nicolaus 1345	Thomas Vardai 1550–54
Paulus 1348–59	Nicolaus Olah 1554–61
Zorardus 1361	Antonius Verancz 1563–66
Aegidius 1362–72	Stephanus Radeczi 1572–78

VARADHEGYFOK St. Stephanus Protomartyr

Pron. Varad Hedyifogue

Nomen historicum est: Promontor. In documentis occurrit tamquam: Sancti Stephani protomartyris, Stus. Stephanus, – Varadiensis, Waradinum. Magis notum est sub vocibus Nagyvarad, Großwardein, Magnovaradinum. Occurrit in omnibus catalogis, immo in Ninivensi primo, tamquam Stus. Stephanus, dioec. Varadiensis, Filia Praemonstrati. Hodie hungarice designatur ut Varadelöfok vel Varadszentmarton.

In monte sita prope civitatem Varadiensem (nunc Oradea Mare), media hora distans versus orientem. Modo pertinet ad Rumeniam. Dioec. Varadiensis, sed „jurisdictionis spiritualis Strigoniensis“, quod privilegium fuit anno 1454 confirmatum.

Canoniam insignis, initio et hodie abbatia, dein per saecula praepositura. Fundata secundum traditionem non probatam anno 1130. Comparatione palaeographica et textuali Obituarii Praemonstratensis (ed. Waefelghem 1913) apparet „Drogonem abbatem Sti. Stephani in Hungaria“, IX Kal. Dec. illi insertum, obiisse inter annos 1160 et 75. Cum additio „primus abbas“, secus in hoc Obituario de more, nec illi nec alii abbati esset apposita, et ceteri abbates inserti aliunde ut posteriores noscuntur, probabiliter iste Drogo habuit praedecessores. Si igitur opinio, Stephanum III regem esse fundatorem canoniam, est recta, fundatio est ponenda inter annos 1162 et 72, secus ante, immo ad annum 1130 ascendere potest. Eam esse peractam ab abbatia Rieval in Lotharingia, innuitur per factum, quot „Drogo abbas Regiae Vallis in Hungaria“ occurrit in Necrologio Cuissiacensi¹, ex quo et patere videtur, canoniam initio fuisse vocatam „Regia Vallis“. Tamen traditio, Stum. Stephanum esse filiam immediatam Praemonstrati, sub cuius paternitate semper stetit, tamquam probabilius tenenda esse videtur. Filiae. Stephani in circaria sunt numerosae: Adony, Almás, Bény, Cheim, Hatvan, Pályi, Jászó, Májk, Meszes, Nyulakszigete, Ócs, Sadium?, Zsambék, Zich.

Haec canoniam, primaria totius circariae, fuit dives et potens, locus credibilis. A fine saeculi XIV ab episcopis Varadiensibus vehementer vexata est et angustiata. Conventus tantopere diminuit, ut Ludovicus rex anno 1351 eum numerarit inter „conventus minutos“. Quibus aerumnis accesserunt saeculo sequenti invasiones Turcarum, et a medio saeculo commendatarii intrusi. Anno 1482 ordo canoniam quae iam annis 1410 et 1474 incendiis fuerat devastata, practice amisit.

Anno 1494 a rege, consentiente Summo Pontifice, donata est Carthusien-

¹ MS 995/III B Mun Nancy 23. XI.

sibus, qui vero eam numquam de facto occupaverunt. Bonis eius enim episcopus Varadiensis fundavit capitulum collegiatum in proprium favorem. Anno 1566 Sigismundus Joannes, princeps Transsylvaniae acatholicus, praeposituram occupavit bonaque illius dilapidavit. Tunc desiit esse locus credibilis, et de archivis canonicae et regnicolarum ne vestigium quidem superest. Dein facta est praepositura titularis. Anno 1705 pro ordine redempta est ab abbate Pernecensi, qui eam tamen cessavit Lucensi quinquennio post. De aedibus antiquae canonicae iam tunc temporis ruinae tantum supererant, quae in posterum non iam sunt restructae. Luca autem in vicinitate anno 1770, in vico Pecze Szent Marton, prope fontes quosdam thermales, novum monasterium erexit. Antea aliqui canonici Lucenses vixerunt in domibus privatis Varadii. Nihilominus per totum fere saeculum XVIII ibi resederunt praepositi infulati, qui titulo „vicarii generalis circariae Hungariae“ (absque ulla potestate) a parte abbatis generalis ordinis, et magnati supremi senatus regni a parte regis sunt insigniti. Anno 1787 suppressa est canonica, sed anno 1802 redintegrata est et Jaszoviensi unita. Illa saeculo XIX usque ad annum 1919 ibi instituit administratorem bonorum, et administravit per religiosos suos parochias incorporatas de Pecze Szent Marton et de Asszony-Vasara, insuper gymnasium Varadiense, ubi habuit residentiam a sedecim generatim canonicis habitatam. Haec nova domus anno 1924 sui juris est facta, et post bellum denuo in abbatiam eversa. A gubernio rumeno bonis quidem orbata, sed non omnino suppressa est. Apud ecclesiam adhuc degunt aliqui canonici, alii in America commorantes se considerant adhuc ut corpus iuridicum.

Archivalia: Orsz. lvt. Dl. 247/96 sq. – Zichy család lvt. 1b 19 sq. – Vatic. Arch. Lat. 192f, 244 – J.O.L. – Archivum Lucense Brunae.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 196 – AUO VIII 120, 374, XII 427 – BALICS II 2, 280/82 – BERGER 6123 – BRUNNER 190/99 – BUNYITAY cf. ind. – FEJER CD II 341; IV 2/128, V 3/194; VI 2/201, 350; VII 2/320 – FUXHOFFER CZINAR II 64/66 – Göd. Ert. 1938/39, 33 – GOOVAERTS I 168, IV 39 – HOMAN I 393 – HORVATH De primordiis – IDEM, Praem. Hung. – HUGO II 751 – IDEM, SAM 5, c, 3 – LUKSICS I 55, 322, 929, 930, 939, 946, 959, II 1340 – MHHS I 312 – ORTVAY II 778 – OSZVALD Adatok – POTTHAST 14779 – REINERTH – RUPP III 118 – THEINER I 213 – Tört. Tar. 1899, 252 – WAEFELGHEM 223 – ZAK Prem. Hung. 348 – ZICHY I 150, 163, 210, 220, 248, 285, 298, 315, 319, 326, 343, 386, 489, 565, 582, II 32/33 – NATAFALUSSY K. A szent Istvan első vertanuló címzett varadhegyfoki prepostság története, in Schematism. Jaszov.

Abbates et praepositi (Brunner, Oszvald)

Constantinus²

Drogo 11

² Ibidem, MS 993/3 Fol. 15, 4, IV. Necrologia abbatiarum occidentis solebant inserere primos abbates canonicarum immo longe dissitarum, praesertim si fundatio ex

Tobias 11	Sylvester 1390/96
Bata	Antonius 1407/18
Andreas	Johannes 1423/24
Petrus	Blasius 1425/35
Jonas 1209	Stephanus 1453/55
Philippus 1219/24	Petrus Crucifer 1456–69
Warinus 12 . . .	Georgius 1469–84
Petrus 1252	(1483/84 simul praep. in Lelesz)
Johannes 1264/86	Nicolaus de Alagh 1485–94
Jacobus 1283, 1294/1301	Felix Helcher 1711–21
Martinus 1301/09	Johannes Klein 1728–38
Jacobus 1310	Stephanus Szenczy 1771–87
Martinus 1313/18	1802–1946 unio personalis cum ca-
Jacobus 1319/26	nonia Jaszoviensi
Petrus 1326–39	Paulus Gerinczy 1940–62
Johannes (intrusus) 1339–71	(ab an. 1946 abbas Sti. Stephani tan-
Dominicus 1371	tum)

ZICH

Pron. Zitche

Occurrit tantum in catalogo Ninivensi. Sita erat in dioecesi Alba Juliensi, hodie in Rumenia.

Praepositura fundata ante annum 1235, filia Sti. Stephani Varadiensis. Eversa a Tataris anno 1241, nec amplius surrexit. Secus nihil de ea scitur. Vide supra Meszes, quae eandem sortem habuit.

ZOPRIZA

Nomen hoc, quod occurrit etiam sub forma Copissa vel Topissa, probabiliter slavicum, est aliquo modo corruptum. Hunc parthenonem, pariter ac Drozo, cognoscimus ex antiquioribus catalogis tantum. Deest in Ninivensi, ergo fundatus est probabiliter post annum 1240. Invenitur vero in S (Zopprizza), V (Soprizza) et L (Zoppizza). Omnes consentiunt eum fuisse asce-

una ex illis fuerat peracta. Tamen in hoc casu etiam agi potest de abbate quodam de Bozok, quae eundem habuit patronum. Saec. XVII nominati sunt abbates titulares, ita Fridericus de Biseaux, abbas de Corneux, post resignationem fit abbas titularis Sti. Stephani in Hungaria et obiit 1687 (Goovaerts I 168).

terium, et quidem situm in dioecesi Agriensi. Lairuelz, cui in his suis additionibus vix est credendum, adjungit: filia Sti. Pauli (= Pályi). Hypothesim de sorte et ortu huius asceterii cuius nec situs nec nomen correctum sunt nota, vide supra in praefatione huius circariae, et sub Drozo.

Litteratura: HUGO II 181 (Copissa), 981 (Topissa, ex „indice Gradicensi“. Sub hac voce fuit praepositura titularis) et 1183 (Zopissa, ex Lairuelio) – WAEFELGHEM 67 (Copissa, secundum ZAK 347).

ZSAMBEK St. Joannis Bapt.

Pron. Jame Bécque

In documentis: Samboch, Sambok, Sambuk, Sambek.

In catalogis cunctis invenitur: Sambuch (N, P, T); Stainboch (S); Samboth (V); Steinboch (L); Sambouch (H), Sambuk (W). Omnes dicunt eam fuisse filiam Sti. Stephani Varadiensis. S, V, et L ponunt eam in dioecesim Strigoniensem, ceteri in Vesprimiensem. Ambae opiniones sunt rectae: sita erat enim de iure in dioecesi Vesprimiensi, stetit vero ex privilegio pontificali anni 1295 sub jurisdictione immediata primatis Strigoniensis. Hodie pertinet ad dioecesim Albae Regalis.

Tribus leucis distat a Budapest versus occasum. In dioecesi Vesprimiensi hodie autem Szekesfehervar, comit. Pest, in Hungaria.

Praepositura insignis. Fundata, ut asserit Oszvald, anno 1255. Revera autem maturius, ante annum 1235, occurrit enim in catalogo Ninivensi. Fundator erat comes Smaragdus ex genere Szolgagyör, praepositus Albae Regalis, et electus episcopus Colocensis. Genus eius exercuit patronatum in canonicam, quae prima vice anno 1258 authentice occurrit. Saeculo XIV 20 canonici habitaverunt in ea. Anno 1475 Mathias rex tradidit eam Eremitis Sti. Pauli, ultimus eius praepositus vocabatur Georgius. In cassum anno 1520 praepositus Sagensis de hac spoliatione ordinis protestatus est. Paulo post a Turcis est eversa. Ecclesia perpulchra, styli romanici, iam fuerat restructa, sed saeculo XVIII terraemotu iterum concidit et abhinc est una de pulcherrimis ruinis Hungariae. A saeculo XVII Zsambék est praepositura titularis.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 198; XL 1964, 187 – BALICS II 2, 277 – CSÁRY I 311, 314 – FEJÉR CD IV 2/482; VI 1/350 – FUXHOFFER CZINAR II 57 – GÖD. ERT. 1938/39, 36 – HUGO II 731 (Sambock) et 851 (Steinbach) – KAMPIS 43 – LUKSICS II 1340 – Mon. Vespr. III 249, 264/67 – ORTVAY II 794 – OSZVALD Fegyverneky 70/71 – RUPP I 245 – WAEFELGHEM duplicat ut Hugo 267 et 283 – ZAK 347 – DIVALD K. in: Akadémiai Ertesítő 1912 – G. ENTZ, L'architecture et la sculpture hongroise à l'époque romane (Cahiers de Civilisation Médiévale IX 1966, 209/19. –

ZSIDÓ St. Blasius

Pron. Gidot

In documentis: Sydo, Sydow.

In catalogis omnibus praeter Ninivensem. Schida (S, V, L); Sydow (P, H, T); Sidow (W). PHWT collocant eam in diocesi Vaciensi, ut filiam de Hatvan, S et V in Strigoniensi, L in Jauriensi, ut filiam de „Goteshay“.

In parte septentrionali comitatus Pest, prope Gödöllö et Aszod. Dioc. Vaciensis, in Hungaria.

Praepositura fundata probabiliter inter annos 1235 et 70. Floruit adhuc saeculo XV. Secundum catalogos fuit filia de Hatvan, quae fuit ei vicina. Monasterium fuit „commune in generatione“ nobilium de Zsido, postea, (adhuc anno 1422) patroni fuerunt nobiles de Csáky. Ex fontibus indigenis ne erui quidem potest, ad quem ordinem pertinuerit. Prima vice anno 1284, ultima autem anno 1446 in documentis occurrit. Nihil de ea superest, est autem praepositura titularis.

Archivalia: Orsz. lvt. Dl. 14004 – Csáky cs. lvt.

Bibliographia: Anal. Praem. VII 1931, 198 – AUO IV 264 – BALICS II 2, 277 – Catal. Episc. – CHOBOT I 88 – CSANKI I 37 – FUXHOFFER CZINAR II 57 – Göd. Ert. 1938/39, 36 – HAZAI Okmt. V 51 – HEVENESSI 153 – HUGO II 803, 779 – Mon. Strig. II 41 – RUPP III 290 – WAEFELGHEM 127 (Isido), 273, 279. –

DUBIA

ALBEI

S et L: Albei; V: Albea. Omnes collocant eam in dioec. Vaciensem et L addit: filia Sti. Stephani. Plane ignotum est monasterium huiusmodi. Potest esse duplicatio, sed vix perspici potest, pro quo nomine. Dicat quis, hic forte sumi, ut saepius, dioecesis (Albensis) pro monasterio, ut vidimus supra apud Linoma et Isagrabia. Fuit forsán monasterium quoddam „minutum“, quod post brevem vitam ante finem saeculi XIII interiit. In catalogis enim recentioribus desideratur. Est praepositura titularis.

HUGO I 145 – WAEFELGHEM 5 – Anal. Praem. VII 186 – ZAK 340, qui in vanum eam quaerit in vico Algyö.

ASZOD Sta. Crux?

Pron. Assaude

Sive Osztmach. Oppidum in comitatu Pest, dioec. Vacz. In nullo catalogo invenitur. P, S, V, L citant: Sta. Crux, filia de Thours, dioec. Vaciensis, quae a Zak 346 et a Hugo I 569 (cf. Waefelghem 13) aequiparatur nostro Aszod. Authentice nil scitur de hac domo. Forsan est confusio cum Lelesz, vel cum Sadio-Nagyolasz, vel cum alia domo. Certum est, saeculo XVII Aszod fuisse consideratam tamquam pristinam canoniam ordinis nostri. Leopoldus I. rex anno 1688 eam simul cum Janoshida tradidit abbatiae Zabrdovicensi, quae tamen eam brevi iterum amisit. Abhinc est praepositura titularis. – Anal. Praem. VII 187.

DÉNESMONOSTOR Stus. Spiritus

Pron. Dénèche Monochetor

Dienesmonostra, Dionysii monasterium. In comitatu Zarand, prope Borosineu versus orientem, in Rumenia. Sita erat in exclavi dioecesis Agriensis a dioecesi Csanadensi, cui postea est incorporatum, circumdato.

Canoniam fundata ante annum 1199 a familia Becse-Gergely. Fuit pauper. Anno 1390 designatur ut O.S.A., quod vero, ut iam saepe vidimus, paulum refert. A quibusdam auctoribus, ut Juhasz et Bunyitay, attribuitur ordini nostro. Monasterium anno 1502 iam erat in ruinis, ecclesia saeculo XVII adhuc stetit. Anno 1552 est „castellum“. Nostris autem diebus nil de ea superest, nuper fundamenta ecclesiae sunt excavata. Forsitan idem est ac Sadium, quod in dioecesi Csanadensi esse situm recentiores catalogi videntur confirmare.

Litteratura: Fontes ordinis nesciunt. – Anal. Praem. VII 189 – Mon. Vat. Hung. I 3 67 – BUNYITAY II 412/15 – JUHASZ K., Die Stifte der Tschanager Diözese im Mittelalter, Münster 1927, pp. 159/64

MAGEDLIN Sta. Magdalena?

Sic invenitur in catalogo V, S et L habent Maegedlin. In dioecesi Colocensi. Notum est ex his catalogis tantum. Tamen temerarium ex hoc esset existentiam huius domus plane negare, ut facit Horvath in Anal. Praem. VII 194. Probabiliter interiit ante annum 1290, vel in alium locum translata est. Nunc est praepositura titularis.

HUGO II 125 – WAEFELGHEM 156 – ZAK 346

MISLE Stus. Nicolaus

Pron. Michelet

Mischle. In comitatu Abauj, dioec. Agriensis. Secundum alios fuit ecclesia collegiata, secundum alios O. Praem. Hugo praetendit II 125 (sub voce Magedlin) hanc domum esse insertam antiquo cuidam elencho abbatiae Gradicensis¹. Authentice nihil scitur, circa annum 1300 tamen fit mentio de „conventu in Misle“. Forte versus hunc annum pro ordine nostro fundatum, mox in ecclesiam collegiatam versum est hoc coenobium. Nunc est praepositura titularis.

WAEFELGHEM 243 – Catal. Episc. – Anal. Praem. VII 198 – CSANKI I 213 (putat fuisse Ord. Praem.) – Hazai Okmt. VII 318 – Karolyi I 29

PETERMONOSTOR

Pron. Pétère Monochetor

Monasterium Sti. Petri. Bunyitay, quem sequitur Homan, dicit fuisse ordinis nostri. Catalogus Episc. tacet. Horvath Anal. Praem. VIII (1932) 255 praetendit se nullum novisse diploma quod Praemonstratense esse affirmet.

ST. AUGUSTINUS

In dioecesi Quinque Ecclesiarum, secundum cat. P, S, V, L. Lepaige addit: filia Praemonstrati, L autem: filia Insulae Lazari. Hugo identificat eam cum Insula Stae. Birgittae, de qua infra, Catalogus Episcoporum vero cum ipsa Insula Lazari. Authentice nihil scitur de hac canonia. Probabiliter est duplicatio.

HUGO I 231 – ZAK 345.

¹ Catalogum hunc Gradicensem Hugo saepius invocat (cf. Zopriza). Non iam invenitur. Probabiliter erat similis catalogis SVL, sed videtur habuisse specialia pro circariis orientalibus. Hradisko semper habuit arctas relationes cum canoniis nostris in Polonia et in Hungaria sitis, ergo catalogus ibi redactus potest esse fide dignus.

ZEMLEN St. Ladislaus

Pron. Zaimelenne

Occurrit sicut Magedlin in tribus catalogis: Zeynlin (S), Zenilny (V), Zemlin (L). Omnes asserunt hanc canoniam, de qua secus nihil scitur, fuisse in dioecesi Colocensi. Revera intra fines illius, prope Belgrad versus septentrionem, invenitur oppidum Semlin, sed nullum documentum probat ibi umquam fuisse domum ordinis nostri. Confer tamen, quod supra diximus apud Magedlin.

HUGO II 1183 – WAEFELGHEM 235 – Anal. Praem. VII 197

PRAETERMISSA

AHIRLOS

Hoc monasterium, in nullo catalogo obvium, habetur unice apud Hugo I 137: Ahirlos filia de Turna, ab anno 1294 de Litomyšl, ab anno 1516 autem de Csorna, Quae omnia consonant potius canoniae Türiensi, quae primitus vocabatur Gurla vel Jurla. Ergo probabiliter assentiendum est Waefelghem dicenti p. 3 Ahirlos esse corruptelam pro Jurla, et Turnam. quae secus eadem est ac Jaszo, in nostro casu pro Zirna-Csorna.

AICSKA

Hugo I 137, Waefelghem 4, Zak 341. Generatim putatur haec esse corruptela pro Ocsa. Sed cum in catalogis S (Aiska), V (Alska), et L (Aiscka) inseatur eodem quoque loco, quo in aliis invenitur „Almask“, et adscribatur dioecesi Varadiensi, in qua Almas, non autem Ocsa fuit situm, puto Aicska potius esse corruptelam pro Almask, Ninivensi quidem inserto, apud SVL (qui omnes adducunt Ocra-Ocsa) vero desiderato.

ČAZMA St. Magdalena

In Croatia, non longe ab Ivanič versus orientem. Kerčelič putat ibi fuisse Praemonstratenses, qui tutelam habuerunt asceterii Ivanič. Quem secuti sunt

Daras¹, opus anonymum „Croazia Sacra“ (Roma 1943) p. 236 et ego ipse in vol. III huius operis mei p. 615. Sed secundum alios auctores videtur Čazma fuisse omni tempore ecclesia collegiata.

Vide DARAS, *Les Prémontrés en Croatie* (Cour d'Honneur de Marie XVII 1880, 1104, et KERČELIČ, *Historia Cathedralis Zagrabiensis*, Zagreb 1864, I 61/62.

CSUDANY

Adinventio Alphonsi Zak p. 343 est hoc monasterium. Invenerat nempe apud Lairuelium Cudan dioec. Agriensis, et coniecit hoc esse idem ac vicum modernum Csudany. Atqui Cudan, sicut et Ovdan – ut habet eodem loco Scheftlariensis – sunt corruptelae pro Adony. Waefelghem 71.

CURZOLA St. Nicolaus

Slavice Korčula. Civitas in insula Dalmatiae eiusdem nominis. Ex archivo Vaticano, *Minutae Brevium*, citatur in periodico Történélni Tar 1905, 350 (Kollonyi Regesta) anno 1546 conventus Sti. Nicolai Ord. Praem. Revera fuit Ordinis Praedicatorum, ut asserit Horvath Anal. Praem. V (1929) 176¹.

FELSÖÖR

Praeposituram ibi fuisse ordinis nostri praetendit Homan II 184. Revera fuit capitulum collegiatum, uti apparet ex Registro titulorum a Bekefi correcto. Cf. Anal. Praem VIII (1932) 254.

¹ Daras, ipse parum criticus, habuit amplam correspondentiam cum Kerčelič, qui fuit auctor magni ponderis.

¹ Horvath ibi negat ordinem nostrum umquam domum habuisse in Dalmatia. Sed cur abbas Osterhoviensis, cum anno 1480 de mandato abbatis Generalis Hungariam visitaret, se expresse nominat: „in circariis Hungarie, Austriae, Bavariae, Slavoniae, Dalmatie et Croatiae visitator et commissarius deputatus?“

HAI St. Laurentius

In comitatu Bacs. dioec. Colocensis. Rupp III 34, Csanki II 190, et eos sequentes Zak 16 et Waefelghem 236 sine causa hanc domum attribuunt ordini nostro. Revera fuit capitulum collegiatum, ut affirmant Fuxhoffer Czinár, Balics II 268, Ortway I 338, et Horvath Anal. Praem. VII. 197. Cf. Orsz. Lvt. Budapest Dl. 11748, 18400, 18729.

HANTA St. Michaelis

In dioecesi Veszprèm. Zak 16, et eum sequens Waefelghem 241 item falso attribuunt ordini nostro hanc ecclesiam, quam semper fuisse collegiatam asserunt A. Horvath, Anal. Praem. VII 197, Csanki III 233, Balics II 2 68/70, Rupp I 464 et Törtenelmi Tar II 57.

INSULA STAE. BIRGITTAE

Hugo I 231, Zak 345, Waefelghem 123. Hi omnes eam identificant cum Sto. Augustino. Nisi forte sit corruptela pro Insula Stae. Margaritae-Nyulakszige, illis assentire volumus. Censeo, Insulas Lazari et Stae. Birgittae, sicut et Stum Augustinum unum et idem esse monasterium.

ISAGRABIA

Ecclesia Cathedralis in Croatia (Zagreb, Agram), de qua fuse tractavimus supra p. 332. – Waefelghem 127. Vitetur confusio cum Zagrabia, abbatia O. Cist. in eodem loco.

LANDEK St. Nicolaus

In comitatu Szepes, Dioc. Strigoniensis. Fuit praepositura canonicorum Ordinis Sti. Sepulchri, olim in Keresztkomlos, anno 1312 translata est in Landek. In fine saeculi XVII Robertus Sancius, abbas Gradicensis, tamquam unicus praetendens hanc domum primitus fuisse ordinis nostri, profecto eam reclamavit. Sed nil potuit probare, et ideo nil obtinuit. Nunc est praeposi-

tura titularis. – Hugo II 15 dicit: „penes dicentem (sc. Sancium) sit fides et cautio“ – Waefelghem 141 – Csanki I 261 – Rupp II 193 – Anal. Praem. VII 193 – Zak, Chorherrnst. Pernegg.

RADUCIUM

M. Dupré (Annales breves ord. Praem., 2a ed. Namurci 1886) scribit p. 28: „Raducense Turcis ereptum ordini restituitur“ anno 1503. Ex illo hausit Hugo II 597, et post eum Waefelghem. Revera idem est ac Ratot.

ROCHENITZ (ROHONCZ)

Hugo II 675 ex „Ruckenis“ et „Rockeniti“, catalogis Lairuelii, et ut ipse fatetur, Gradicensi insertis, facit monasterium „Rochenitz“. Revera sunt corruptelae, et quidem duplicatae pro Kőkényes. Monasterium Rohoncz, quod ex Hugo sumentes quidam auctores addicunt ordini nostro (Homan II 184, Danielik 325.10 dubitat), est forsitan confusio cum abbatia Rahoncza, quam vero Cisterciensium fuisse constat (cff. Horvath, Anal. Praem. VII (1931) 195 et VIII (1932) 255. – Waefelghem 210.

STA. CRUX

Catalogi P, S, V, L habent: Sta. Crux Dioc. Vacienensis¹. L addit; filia de Thours. Nisi forte agatur de Aszod, est duplicatio pro Lelesz.

STUS. MICHAEL

Idem dic omnino ac de praecedenti. L in hoc casu addit: filia Stae. Crucis. Probabiliter est duplicatio Csornae vel Insulae Leporum (Nyulakszigete).

¹ Catalogi antiquiores (SVL), ut iam diximus, quoad dioecesim sunt valde incerti. Inde confusio et maior pars duplicationum.

STEINBACH

Hugo II 851, Fuxhoffer Czinar, Zak 347, Waefelghem 283. Fuit per saecula praepositura titularis. Sed sine fundamento in re, quia est corruptela pro Zsambék.

ZARN sive Zardua

Hugo II 1183, Waefelghem 330. In dioecesi Colocensi. Revera numquam existebat, sed est, forte corruptela pro Zadwa = Sadium, de quo vide supra, quod nonnulli catalogi dioecesi Colocensi attribuunt. Horvath Anal. Praem. VII 200 autumat hanc esse corruptelam pro Jaszo.

Nota:

Praepositos commendatarios inserimus quidem seriebus praelatorum sub singulis canonis, sed absque numero, et minori typo impressos. – Nomina hungarica accentum habent in prima syllaba. Pronuntiatio phonetice in gallicam transscribi nequit quoad litteram a, quae tantum apposito accentu (á) clare profertur, secus obscure, quasi in medio inter a et o.



